



Okt

M.-s. 204

324.

Aug. 2 o 662  
24

Quod  
**BENE VERTAT,**  
<sup>ad</sup>  
**CELEBRITATEM**  
**JUBILÆAM,**

QUÆ ATTINGIT  
MEMORIAM SECULAREM  
EXHIBITÆ DUCENTIS ABHINC ANNIS  
**CONFESSIÖNIS**  
**AUGUSTANÆ,**  
**IN JOHANNEO**

HALBERSTADIENSI  
TRIBUS ORATIONIBUS, CRASTINA LUCE POST  
HORAM OCTAVAM MATUT. HABENDIS,  
DEO ADIUVANTE PERAGENDAM,  
**LIBERALIUM ARTIUM PATRO-**  
NOS, SCHOLÆ INSPECTORES AC NU-  
TRITORES, FAUTORES ET AMICOS,  
OMNESQUE, QUI HONESTE CUPIUNT LI-  
TERIS HUMANIORIBUS,  
QUIBUSQUE COMMODUM ERIT HIS SACRIS  
INTERESSE,  
OFFICIOSE ET HUMANISSIME  
INVITAT  
PAUL. CHRISTOPH. WASMUS,  
SCHOL. JOH. RECT. & PAST. ADJ. SCHLANSTEDT.  
HALBERSTADII, prelo LANGIANO.



## Icut providæ summi Numi-

nis curæ, quæ in provehendo arduo reformationis negotio, à B. Lutherot tam pje suscepto, quam prospere finito, occupata fuit, vestigia exstant pñne innumeræ: ita tantum abest, ut Augustanæ Confessionis exhibitio sine sapientissimo Dei Consilio & moderamine facta sit, ut potius, nisi auxilium divinum hominum exceptis, quantumvis satis egregiis ac sanctis, subvenisset, conatus omnes irriti fuissent futuri. Magna erat hostium, religionis &c do. Et in integrati restituenda oblitus antium, copia, major acerbitas, in primis Pontificis Rom. quam restenare atque compescere nemo poterit, nisi universi terrarum orbis arbiter. Et cum Imperator Carolus V. ex Hispanis in Italiam revertitus omnes cogitationes in eo configeret, ut compositis religionis dissidiis orbis Christiani tranquillitati consulum iret, ut amicis & pacificis rationibus Lutheri castra sequentes ad obedientiam Rom ecclæsie invitaret, ut Imperii Ordinibus literis significare, se Augustæ Vindelicorum inter alia de religionis negotio affectum, & dissidentium partium sententias benigne auditorum ac expensurum, eoque annisurum, ut soplitis controversis dissidentes in concordiam adducerentur: num hæc humano, an Dei potius consilio evenisse putamus? quid? quod Saxonie Elector Johannes, accepto citationis ad comitiat diplomaticæ, ut & cæteri, qui à Lutheri slabant partibus, Principes ac civitates suos Theologos summam suæ confessionis consignare, & quæ palam pro concione docerentur, scripto comprehendere juserint, consignatam confessionis formulam subscriptione muniverint, & cum Carolus eam, sicut erat, tradi sibi postulasset, ut publice in splendidissimo Imperii confessu prælegeretur, magno studio rogarint, & ex sententia impetrarint. Divinitus, non forte quadam, hæc contigisse, quis est, qui non videat? Cæsar sane si initio statim crudeliter se gerere, & tyrannorum more ferro atq; igne in Lutheri assertatores græfari statusifer, ad quos lœvitiae aculeos emitendos Papa Rom. crebris solicitationibus ipsius animum inflammare tentabat: nullo negotio ad unum omnes delere & radicitus extirpare potuisset. Verum non solum vis Dei flexanima ad longe aliam mentem voluntatemque ipsum converterat, sed & imminentis à Turcis bellum ampullas quasi projicere, & mitius agere cogebant, dum Protestantium interea numerus magnis auctibus cresceret, & à corruptelis repurgata doctrina summis plausibus exciperetur. Et quam insigne providentia divinæ argumentum in ipsa Confessio-

nis

nis p̄ælections omnium oculis animisque propositum est! Præsentes  
erant Carolus Cæsar, frater ipsius Rex Ferdinandus, Electores, prin-  
cipes ac Imperii Ordines reliqui, recitabatur Confessio germanica,  
& quidem distinde, tarde & voce tam sonora, ut plerique non at-  
tente solum audirent, & recte fidei capita perciperent, sed & ipsi  
Cæsareæ Majestati inter legendum lacrymæ caderenti, quas procul du-  
bio in lucem prolatæ veritas expresserat. Maximam vero prioris  
cultus prolatandi curam divino instinctu in semet recepit immortalis  
gloræ Elector Saxonæ Johannes Constans, ut veri amantissimus, ita  
à judicis temerariis alienissimus Princeps, in quo ut Luthero, & do-  
ctrina coelesti probe agnitus tutela præsidiumque possum erat, ita ipse  
Carolo V. Confessionem tradidit, & cum Imperator Episcoporum  
nonnullorum monitu postulasset, latinum ut exemplar legeretur,  
Elector petiit, ut germanice symbolum recitaretur, quo cuncti sen-  
sibus illud haurire, animoque complecti possent, id quod tandem ob-  
tinuit. Peracta recitatione ita in salutaris doctrinæ veritate convicti  
sunt Principes, ut ipse Imperator una cum Purpuratis nonnullis pro-  
fiteretur, Evangelicæ doctrinæ assertores minus errare in fidei ca-  
pitibus, eorumque dogmata omnium exspectationem vicisse: Non  
opus haberent sacrificuli Luthero, si essent pii. O gravissimum ampli-  
ssimumque testimonium, vel ab ipsis adversariis Protestantum religioni  
tributum! Favebant & alii Magnates complures confessioni, inpri-  
mis Hungariæ Rex Ferdinandus, Wilhelmus Dux Bauariae, Alber-  
tus Elector Moguninus, elector Coloniensis Hermannus, qui po-  
stremus & ipse collapsum in regionibus suis disciplinam non multo  
post instaurare cepit, nihil moratus pontificia devotionis proscri-  
ptionisque sententiam. His accedit suffragium sacerdotis illius, qui  
Cæsareæ Majestati à Confessionibus erat, satis luculentum, & par-  
tium nostrarum causam insigniter orans. Quid multæ ipse Doctor  
Johannes Eccius Bavariæ Duci his verbis mentem suam exposuit:  
Ex Patribus audeo Confessionem Evangelicam infirmare atque refel-  
lere, è scriptura sacra non possum. Hæc symboli approbatio effecit,  
ut quorum principum animos antea odium in Lutheranos conceptum  
exulceraverat, si postea æquius ac moderatus res ad religionem per-  
tinentes tractare inciperent. Aderat nimis tempus illud exo-  
ptatissimum, cum Evangelii lux à Papatus tenebris, sacra dogmata  
ab errorum sordibus, vita moresque ab impietate & vitorum cœno  
essent repurganda: Idecirco necesse fuit, ut veritatis jubar omnium  
oculis juxta animis candide affulgeret, & inimicorum fraudu-  
lenta molimina per firmissimam Dei manum retunderentur. Hinc  
Confessio Augustana, postquam publice p̄ælecta erat, in varias lin-  
guas

guas transfusa, & per præcipias Europeæ aulas ac urbes distributa,  
emissa ac divulgata est. Jam ut veritas salutaris patesceret ac illu-  
straretur, ita Deus rem gubernavit, ut in comitiis, tanta hominum  
frequentia ac multitudine, in confessu tot Procerum, tot Optimatum  
palam ante oculos omnium Symbolum recitaretur; at vero ut eadem  
longe lateque diffunderetur, scribi confessio & typis debuit excudi.  
Neque propterea tamen constanter Halcyonios postmodum egit dies  
cœtus sanctorum Deo initatus, sed vehementissimis insectationi-  
bus afflictionibusque fuit exagitatus. Testantur id tristissima fata  
Joannis Friderici & Philippi Magnanimi, qui pro restaurata quidem do-  
ctrina acerrime propugnabant, sed prælio superati in custodias include-  
bantur: testantur longe plurima aliorum exempla, quibus religionis  
ergo aqua & igni Pontificii interdixerunt. Veruntamen neutiquam sive  
divina providentia Reformationis negotium technis ac insidiis homi-  
num labefactari: Consutatio enim Confessioni Augustanae opposita pu-  
tredinem contraxit, & adhuc iordescit in tenebris. Principes vero  
modo dictos Mauritius Saxonæ Dux vinculis expedivit, & in liber-  
tatem vindicavit. In sequentium temporum status admodum turbu-  
lentus partim Transactione Passavensi, partim pace Osnabrugensi  
tranquillus est, omnibusque liberum religionis exercitium conces-  
sum. O insignem & inenarrabilem curam, qua benignissimum Numen  
salutaris doctrinæ ortui ac incrementis tam misifice prospexit!  
Nostrum est, memor in optime meritum Numen animum  
præstare, & gratias ipsi pro tot tanisque beneficiis per solvere  
immortales, hoc maxime tempore, quo memoriam secularem exhibet  
ducentis abhinc annis Confessionis Aug. concelebrando recoli-  
mus, quodq; quo rarius ejus occasio est, eo magis festis ritibus est agi-  
tandum; siquidem nemo facile nostrum illud vivendo iterum assequetur.  
Proinde ut & æterni Numinis honori, & Superiorum iussis officium  
exsolvam: habiturus sum crastino die Orationem genere Carminis  
Heroico latino elaboratam, qua Historia Reformationis & Confessionis  
Augustana ita exponetur, ut simul beneficium Patribus per Confe-  
sionem exhibut perpendatur. Quo facto sistam Dominis Auditio-  
ribus duos juvenes, & industria, & morum probitate in primis com-  
mendandos, ESAIAM GEORGII FRIDERICUM SCHROE-  
TER Magdeburg, & THEODORUM EHRENFRIED ZAPPE, Ger-  
mersleb. Magdeburg, quorum prior ille B. LUTHERO, hic posterior  
FRIDERICO Sapienti, & hujus fratri ac successori JOANNI Constanti,  
Electoribus Saxonæ glorioissimis, Panegyricum dicet, uterque so-  
luto Sermone Romano. Quas Orationes ut liberalium artium Fauto-  
res, singulare animi observantia colendi, benignissime audire velint,  
etiam atque etiam, pro eo ac debeo, oro rogoque, Scrib. Halber-  
stad. VII. Cal. Jul. MDCCXXX.





AB: 753875

(X 2360691)

R





Aug. 1 c 662

三

Quod  
BENE VERTAT,  
<sup>ad</sup>  
CELEBRITATEM  
JUBILEÆAM,  
QUÆ ATTINGIT  
MEMORIAM SECULAREM  
EXHIBITÆ DUCENTIS ABHINC ANNIS  
CONFESSİONIS  
AUGUSTANÆ,  
IN JOHANNEO

HALBERSTADIENSI  
TRIBUS ORATIONIBUS, CRASTINA LUCE POST  
HORAM OCTAVAM MATUT. HABENDIS,  
DEO ADIUVANTE PERAGENDAM,  
**LIBERALIUM ARTIUM PATRO-**  
NOS, SCHOLÆ INSPECTORES AC NU-  
TRITORES, FAUTORES ET AMICOS,  
OMNESQUE, QUI HONESTE CUPIUNT LI-  
TERIS HUMANIORIBUS,  
QUIBUSQUE COMMODUM ERIT HIS SACRIS  
INTERESSE,  
OFFICIOSE ET HUMANISSIME  
INVITAT  
PAUL. CHRISTOPHI. WASMUS,  
SCHOL. JOH. RECT. & PAST. ADJ. SCHLANSTEDT.  
HALBERSTADII, prelo LANGIANO,

PAUL. CHRISTOPH. WASMUS,  
SCHOL. JOH. RECT. & PAST. ADJ. SCHLANSTEDT.  
HALBERSTADII, prelo LANGIANO.